Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

dnm. Et ait samuel ad saul. Non reuertar
tecum quia proiecisti sermonem dni. et proiecit
te dns ne sis rex super isrl. Et conuersus est sa
muel ut abiret. ille autem apprehendit summita
tem pallii eius que et scissa est. Ait ad eum
samuel. Sic scidit dns regnum isrl a te ho
die. et tradidit illud proximo tuo meliori te.
Porro triumphator in isrl non parcet. et penitu
dine non flectetur. Neque enim homo est ut agat penitudinem.
At ille ait. Peccaui sed nunc honora me co
ram senioribus populi mei et coram isrl. et re
uertere mecum ut adorem dnm deum tuum. T. Re-
Reuersusque est samuel secutus saulem. Scda.
et adorauit saul dnm. Dixitque samuel.
Adducite mihi agag regem amalech. Et oblatus
est ei agag pinguissimus. Et dixit agag. Sic
cine separat amara mors. Et ait samuel. Sic
fecit absque liberis mulieres gladius tuus. sic
absque liberis erit inter mulieres mater tua. T.
Et in frusta concidit samuel agag coram
dno in galgalis. Abiit autem samuel in rama
tha. saul autem descendit in domum suam in gaba
ath. Et non vidit samuel saulem usque ad diem